

2061

P O L E M I C I.

2062

prolixum in tria distinctum Capita, quod incipit: *Reducendo igitur ad breuitatem ea que prolixè sunt dicta de domini nostri ihesu christi et apostolorum eius paupe- re uita per dicta sacri textus et auctoritates sanctorum et rationes multiplices concluduntur tria. scilicet quod habuerunt res ad usum necessarium uite — quod uitauerunt superfluum usum rerum et seruauerunt strictum et artum et — illa pauca que habuerunt liberalissime indigentibus fecerunt communia et pro ipsis temporalibus retinendis uel repetendis omnia caudica litigia tanquam eis prohibita uitauerunt &c.* E quo principio adparet, praesentem Tractatum, quamvis, ut dixi, sat prolixum Compendium tamen esse prolixioris cuiusdam, cuius vestigium apud Autores non inuenio. Scriptum esse post Concilium *Viennense* e variis locis liquet. Ceterum, quae suo tempore evincere non valuit Noster, lenius deinceps effectum est Fratribus in dictos *Conuentuales* et de *Observantia* digressis, quibus rigidiores deum *Capucini* supervenerè.

DXLII.

969 Codex chartaceus lat. Sec. XV. Folior. 203. 4. minutius exaratus, rubricisque distinctus exhibet: I. *Marsilii Menandrini* seu *Mainardini Defensorem* sive *Defensorium Pacis* perperam hic inscriptum *Guilelmo Occamo* O. M. de quo egi *Cod. anteced.* Praeit *Elenchus Capitum*, in quae

Dictiones III. sive Libri divisi sunt. Initium Operis: *Omni quippe regno desiderabilis debet esse tranquillitas &c.* Finis: *determinandum supponimus auctoritati ecclesie catholice seu generalis concilij fidelium christianorum. Amen.*

II. fol. 88. Incipit *Dialogus doctoris evangelici et primo Tractatus primus.* Initium: *Cum locutio ad personam &c.* Ad calcem: *Explicit Dialogus Wicleph Doctoris evangelici Scriptus sub Anno domini M^oCCCC^oXL^o.* Ut saepe alias. Margo diligenter rubricis pernotatus, et ipse character *Codicem* hunc *Bohemiae* adsignat.

DXLIII.

Codex membraneus lat. Sec. ¹¹⁸ XIV. Folior. 65. f. per duas columnas caractere minori scriptus, rubricisque distinctus hunc praefert Titulum miniatum: *Incipit liber magistri Willelmi de sancto amore socii condam de sorbona parisi. in quo recolliguntur scripture catholice et canonice ad defensionem ecclesiasticè Ferarchie. et ad instructionem et proporcionem (praeparationem) simplicium fidelium christi contra pericula imminencia ecclesie generali per ypocritas. pseudo predicatores et penetrantes domos ociosos curiosos et gerouagos.* Nota sunt in *Historia ecclesiastica Seculi XIII.* diffidia, quae *Parisiis* inter *Academiã* et *Ordines Mendicantes* fervebant. In his *Guilelmus* noster *Sequanus*, *Philosophiae* primum *Doctor*, dein